

non humanis fundamentis, sed *speciati* divino inniti debent. Hæc si fulcra fustuleris, facile, quæ Traditionarii subtiles recens commenti sunt, reliqua, a Walenburchiis præsertim excocta, collabentur.

PRÆNOTIONES
CONTRA
DOGMATISTAS
SVBTILIORES FANATICOS.

PRÆNOTIO I.

DOgmatistæ Fanatici subtiliores tria habent, quibus Dogmatismum isthunc suum stabilire moliantur, nempe voluntatis absolutam in intellectum vim, traditionem fanaticam subtiliorem, & pietatis studium, qua studio veritatis & ordinis constituti præferendum videtur. De primo primum videbimus. Et magnam quidem dogmatum huc facientium partem, qua ad Indifferentissimum stabilendum facere videbantur, supra p. 262. seqq. expendimus, videlicet, *voluntatem, non intellectum, judicare, solam voluntatem erroris & salutis causam esse, fidem in solidum ad voluntatem pertinere, ad solam voluntatem in salutis negotio redire omnia, sola voluntate*